

8. Hac etiam tempestate Romanus patricius et exarchus Ravennae Romam properavit. Qui dum Ravennam revertitur, retenuit civitates quae a Langobardis tenebantur, quarum ista sunt nomina: Sutrium, Polimartium, Hortas, Tuder, Ameria, Perusia, Luceolis, et alias quasdam civitates. Quod factum cum regi Agilulfo nuntiatum esset, statim Ticino egressus, cum valido exercitu civitatem Perusium petiit; ibique per dies aliquot Maurisionem ducem Langobardorum, qui se Romanorum partibus tradiderat, obsedit, et sine mora captum vitam privavit. Huius regis adventu in tantum beatus Gregorius papa exterritus est, ut ab expositione templi, de quo in Ezechiele legitur, desisteret, sicut ipse quoque in suis homeliis refert. Rex igitur Agilulf, rebus compositis, Ticinum repedavit. Nec multum post, suggerente maxime Theudelinda regina sua coniuge, sicut eam beatus papa Gregorius suis epistulis saepius ammonuit, cum eodem viro sanctissimo papa Gregorio atque Romanis pacem firmissimam pepigit. Eidemque reginae idem venerabilis sacerdos pro gratiarum actione hanc epistulam direxit.

9. «Gregorius Theudelindae reginae Langobardorum.

7. 2. *Sclavorum*: *Sclavorum* W  
8. 8. *aliquot*: *aliquid* W 10. *adventu*: *adventum* W  
9. 1. *Theudelindae*: *Theodolindae* Registrum

8. Sempre nello stesso tempo il patrizio ed esarca di Ravenna Romano si recò a Roma. Nel tornare a Ravenna, riprese alcune città occupate dai Longobardi, i cui nomi sono: Sutri, Bomarzo, Orte, Todi, Amelia, Perugia, Luceoli e alcune altre. Quando il re Agilulfo lo seppe, subito mosse da Ticino con un forte esercito e raggiunse la città di Perugia; e lì per alcuni giorni assediò Maurisio, duca dei Longobardi, che era passato dalla parte dei Romani, e rapidamente lo catturò e lo mise a morte. Il beato papa Gregorio fu talmente allarmato dall'avvicinarsi del re che, come dice egli stesso nelle sue omelie, interruppe il commento al passo di Ezechiele sul Tempio. Sistemate le cose, il re Agilulfo tornò a Ticino. Non molto tempo dopo, su suggerimento soprattutto della regina Teodolinda sua moglie, che era stata spesso esortata in tal senso dal beato papa Gregorio nelle sue lettere, concluse una pace fermissima con lo stesso santo papa Gregorio e con i Romani. Il venerabile pontefice scrisse alla regina, per ringraziarla, questa lettera:

9. «Gregorio a Teodolinda, regina dei Longobardi. Abbiamo

58

Quia excellentia vestra ad faciendum pacem studiosius et benigne se, sicut solet, impenderit, renuntiante filio nostro Probo abbate cognovimus. Nec enim aliter de christianitate vestra confidendum fuit, nisi quia in causa pacis laborem et bonitatem vestram omnibus monstraretis. Unde omnipotenti Deo gratias agimus, qui ita cor vestrum sua pietate regit, ut, sicut fidem rectam tribuit, ita quoque placita sibi vos semper operari concedat. Non enim, excellentissima filia, de sanguine, qui ab utraque parte fundendus fuerat, parvam te credas adquisisse mercedem. Ex qua re voluntati vestrae gratias referentes, Dei nostri misericordiam deprecamur, ut bonorum vobis vicem in corpore et anima hic et in futuro compenset. Salutantes vos praeterea paterna dilectione hortamur, ut apud excellentissimum coniugem vestrum illa agatis, quatenus christianae rei publicae societatem non rennuat. Nam sicut et vos scire credimus, multis modis est utile, si se ad eius amicitiam conferre voluerit. Vos ergo more vestro quae ad gratiam partium pertinent semper studete atque, ubi causa mercedis se dederit, elaborate, ut bona vestra amplius ante omnipotentis Dei oculos commendetis.» Item epistola eiusdem ad Agilulfum regem: «Gregorius Agilulfo regi Langobardorum. Gratias excellentiae vestrae referimus, quia petitionem nostram audientes, pacem, quae utrisque esset partibus profutura, sicut de vobis confidentiam habuimus, ordinastis. Ex qua re excellentiae vestrae prudentiam et bonitatem valde laudamus, quia pacem diligendo, Deum vos, qui auctor ipsius est, amare monstratis. Nam si, quod absit, facta non fuisset, quid agi

appreso dall'abate Probo, nostro figlio, che l'eccellenza vostra si è adoperata, come suol fare, con grande zelo e benevolenza per la conclusione della pace. Né c'era da aspettarsi altro dalla vostra cristianità, se non che mostraste a tutti il vostro impegno nella causa della pace e la vostra bontà. Perciò ringrazia no Dio onnipotente che regge nella Sua pietà il vostro cuore in modo tale che, come vi ha dato la retta fede, così vi concedo di operare sempre ciò che a Lui piace. Non credere, eccellentissima figlia, di aver acquistato piccolo merito per il sangue che da entrambe le parti sarebbe stato versato. Per questo, rendendo grazie alla vostra buona volontà, preghiamo la misericordia di nostro Signore perché vi compensi delle vostre buone azioni, ora e in futuro, nel corpo e nell'anima. Salutandovi inoltre con paterno affetto, vi esortiamo affinché vi adoperiate presso il vostro eccellentissimo consorte perché non rinunci all'alleanza della repubblica cristiana. Infatti, come crediamo che anche voi sappiate, è cosa in molti modi utile se egli vorrà volgersi alla sua amicizia. Voi dunque, come è vostro costume, abbiate sempre cura di tutto quanto può giovare alla buona intesa tra le parti e, ogni volta che si offra un'occasione di ben meritare, premuratevi di raccomandare maggiormente davanti agli occhi di Dio onnipotente le vostre buone opere». Lo stesso papa inviò una lettera anche al re Agilulfo: «Gregorio ad Agilulfo, re dei Longobardi. Rendiamo grazie all'eccellenza vostra perché, ascoltando la nostra richiesta, avete disposto, secondo la fiducia che avevamo in voi, la pace, che sarà di giovamento ad entrambe le parti. Lodiamo perciò caldamente la prudenza e la bontà dell'eccellenza vostra, perché amando la pace mostrate di amare Dio, che ne è l'autore. Che se, non sia mai, la pace non fosse stata conclusa, cos'altro si sarebbe fatto se

2. *pacem*: *se pacem* Registrum 3. *se*: *deest* Registrum | *inpendent*: *inpendent* Registrum  
5. *confidendum fuit*: *fuerat confidendum* Registrum 6. *omnibus*: *modis omnibus* Registrum  
11. *adquisisse*: *acquisisse* Registrum 13. *compenset*: *compenset* Registrum  
14. *vos*: *deest* Registrum | *apud*: *apud* Registrum 17. *amicitiam*: *amicitiam* Registrum  
20. *elaborate*: *laborate* Registrum 23. *petitionem*: *petitionem* Registrum  
26. *laudamus*: *laudamus* Registrum 28. *quid*: *quid* Registrum  
alud Registrum